~~LXXXVIIII~~

Anno domini incarnacionis millesimo trecentessimo vigessimoprimo indictione quinta die sabati quatodecimo mensis novembris. In capella sancti stephani sita in episcopalibus domibus de cremona presente Bertholino de
cavallis notario qui se ad cautellam secundum forma statuti comunis cremone in hoc debet subscribere instrumento. Nec non
presentibus dominis dopno Bertholino abbate monasterii sancti sygismondi iuxta cremona domino Johane preposito ecclesie sancte ma
rie de angelo dicte de bossellaura diocesis cremonensis domino Guillo preposito ecclesie castri rumenegi prefate diocesis dopno
Bontalento monacho monasterii omnium sanctorum de cremona dopnis Gerardo Canino et Zachino monacis monasterii
supradicti sancti thome atque Cabrino de burtegis testibus ibi rogatis. Religiossus vir dominus dopnus Guillus
abbas monasterii sancti thome de cremona. Qui alias per dominum .. vicarium capituli maioris ecclesie cremonensis tunc
temporis episcopali cremonensi sede vacante una cum religioso viro domino dopno Abramino abbate monasterii sancti lau
rentii de cremona constitutus fuit in civitate et diocesi cremonensi ad colligendam decimam dudum imposita
per felicis recordacionis sanctissimum patrem et dominum dominum Clementem papam quintum in generali consilio vien
nensi. Deposuit et consignavit penes reverendos viros dominos Anselmum prepositum ecclesie sancte agathe de
cremona vicarium in spiritualibus venerabilis patris domini Egidii divina permissione electi cremonensis et Cinellum de
Sommo vicarium predicti capituli maioris ecclesie cremonensis infrascriptam pecunie quantitatem in monetis inferius
per singula nominatis. Quam penes se habebat de pecunia recolecta per ipsum in civitate et diocesi antedictis ex decima
supradicta. Videlicet Centum sexagintaquinque libras ad racionem imperialium. Silicet libras Centum in turonensibus
grossis. Et libras sexagintaquinque in florenis trigintaquatuor Jannuinis sex et ducato uno auri et
bononinis uno grosso. Quam pecunie quantitatem in prenominatis monetis confessi et manifesti fuerunt prefati domini
Anselmus et Cinellus vicarii dicto modo vicarii se se a predicto domino dopno Guillo abbate interrogante depo
sitam et consignatam recepisse. Et renunciaverunt exceptioni non penes se se et ipsis deposite consignate et
numerate dicte pecunie in prenominatis monetis. Et ita verum non esse. Et omni exceptioni doli mali et in factum.
Et pro predicta quantitate pecunie in predictis monetis consignanda et danda per eosdem vicarios cui opus exegerit
et ubi de iure debuerit consignari ex pacto prefati domini Anselmus et Cinellus vicarii predicto domino abbati
stipulanti omnia eorum bona presentia et futura pignori obligaverunt. De quibus se se pro eo constituerunt possessores.

Ego Bertholinus de cavallis notarius sacri palacii predictis interfui et ad confirmandum secundum
forma statuti comunis cremone me subscripsi :—

Ego Danidonus de Bestallus notarius sacri pallacii predictis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morlio 4 (88)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1767675186-12/fragment/page=0001

LXXXVIII

LXXXVIII

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Merseb 4 (88)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1767675186-12/fragment/page=0002

Anno domini incarnacionis millesimo trecentessimo vigessimoprimo indictione quinta die sabati quatodecimo
exeunte mensis novembris. In capella sancti Stephani sita in episcopalibus domibus de Cremona presente Bertholino de
Cavallis notario qui se ad cautellam secundum formam statuti communis Cremone in hoc debet subscribere instrumento. Nec non
presentibus dominis dopno Bertholino abbate monasterii sancti Sygismondi iuxta Cremonam domino Johane preposito ecclesie sancte Ma
rie de Anglo diocesis de Bossallaura diocesis Cremonensis domino Guillelmo preposito ecclesie Castri Rumenegi predicte diocesis dopno
Bontalento monacho monasterii omnium sanctorum de Cremona dopnis Gerardo Lavino et Zachino monachis monasterii
[illegible] sancti Thome atque Cabrino de Burtegis testibus ibi rogatis. Religiosus vir dominus dopnus Guillelmus
Abbas monasterii sancti Thome de Cremona. Qui electus per dominum .. vicarium capituli maioris ecclesie Cremonensis tunc
tempore episcopatu Cremonensi sede vacante una cum religioso viro domino dopno Abramino abbate monasterii sancti Lau
rentii de Cremona constitutus fuit in civitate et diocesi Cremonensi ad colligendam decimam dudum impositam
per felicis recordacionis sanctissimum patrem et dominum dominum Clementem papam quintum in generali concilio Vien
nensi. deposuit et consignavit penes reverendos viros dominos Anselmum prepositum ecclesie sancte Agathe de
Cremona vicarium in spiritualibus venerabilis patris domini Egidii divina permissione electi Cremonensis et Cinellum de
Sommo vicarium predicti capituli maioris ecclesie Cremonensis infrascriptam pecunie quantitatem in monetis inferius
per singula nominatis. Quam penes se habebat de pecunia recolecta per ipsum in civitate et diocesi antedictis ex deci
ma supradicta. Videlicet centum sexagintaquinque libras ad racionem imperialium. Scilicet libras centum in Turonensibus
grossis. Et libras sexagintaquinque in florenis trigintaquatuor Januinis sex et ducato uno auri et
Bononiensi uno grosso. Quam pecunie quantitatem in prenominatis monetis confessi et manifesti fuerunt prefati domini
Anselmus et Cinellus ut dicto modo vicarii se se a predicto domino dopno Guillelmo abbate interrogante depo
sitam et consignatam recepisse. Et renunciaverunt exceptioni non penes se se et ipsis deposite consignate et
numerate dicte pecunie in prenominatis monetis. Et ita veri non esse. Et omni exceptioni doli mali et in factum.
Et pro predicta quantitate pecunie in predictis monetis consignanda et danda per eosdem vicarios cui opus exegerit
et ubi de iure debuerit consignari ex pacto prefati domini Anselmus et Cinellus vicarii predicto domino abbati
stipulanti omnia eorum bona presentia et futura pignori obligaverunt de quibus se se pro eo constituerunt possessores.

Ego Bertholinus de Cavallis notarius sacri palacii predictis interfui et ad confirmandum secundum
formam statuti communis Cremone me subscripsi :—

Ego Danidinus de Bestallus notarius sacri palacii predictis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 4 (88)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1767675186-12/fragment/page=0003
DFG